








125


  
GRATVLATIO  
DE  
VIRI PLVR. REVERENDI  
**M. DAN. ROSENFELDI**  
DIACONI NVMB. MERITISS.  
NVPTIIS ALTERIS  
CONSCRIPTA  
AB  
EIVSD. CVLTORE PERPETVO  
**IOAN. GEO. KNPPIO**  
WORMSTAD. THVRINGO.

---

NVMBVBERGI, LITTERIS BOSSOEGELII  
D. XX. NOVEMB. MDCCXXII.

125





Viderat ex nitido ueniens SAPIENTIA caelo,  
Munera TE in templo soluere sacra Deo:  
Viderat officii pietatem et pectora pura,  
Viderat, effuso fundere TE ore preces.  
Quam bene propugnans, inquit, sacra dogmata caeli,  
Non placet impietas dissimulata tibi.  
Tu uitia oppugnans scelerumque reatibus obitas,  
Ad bene uiuendum qui fera corda trahis.  
Prae legis exponis que monesque et falsa refutas;  
Quaeque sacerdoti sunt facienda, facis.  
Inde loco pretii conuicia amara redundant,  
Probraque cum probris sunt cumulata tibi.  
Praemia non speras; sed danatur praemia iniqua:  
Quamuis infanti sine capienda tibi.  
Turba furore in te rabido temeraria fertur:  
Haec iustis reddit praemia dura uiris.  
Aest siluere omnes rubueruntque ora pudore;  
Et furor excessit ceu nebula atra fugit.



Nam stas intrepido uultu, neque flecteris ira,  
Quam petulante cohors impia corde gerit,  
Ardua ceu ripae iactantibus aequora uentis,  
Quumque in aquis rabidis orta procella fremit:  
Vndique spumosis pulsatur fluctibus alti;  
Nec tamen infans languida cedit aquis.  
Haec dum fata fuit celfo SAPIENTIA caelo,  
Purpureis alis tollitur acta suis.  
Successit PIETAS ornatu cincta uerendo,  
Coepit et extemplo talia uerba loqui:  
Hic est, quem uereor studioque fideque probatus,  
Signa cui pono non peritura manu.  
Aurea contingant laudatae tempora uitae,  
Ut stabili possit prosperitate frui.  
Pondera magna recens coniux compenset amore,  
Sustineatque huius mutua cura domum.  
Cernicem solam quae onerabat, sarcina, duplis  
Imposita, est leuior: portat uterque suum.  
Sic etiam tu --. Ast excipiens FORTVNA loquentem  
Sit felix, inquit, connubialis amor.  
Huius florescat domus ut Cythereia proles,  
Flores quae Hyblaeos uincit odore suo.  
Qualis ad astra fero confurgit uertice cedrus  
In Libano ramis amplificata uagis:  
Sic alios hic gaudebit, superasse beatos,  
Et sua stirps laetum tollet in alta caput.

Dixerat. Atque huic me tandem associare uolebam,  
Atque ad dicentis ponere uota mea:  
Qualiter exiguus fuit in uaga flumina riuus;  
Miles ut extremo currit ad arma pauens:  
Ut non raro albos interstrepit anser olores,  
Graculus ut quondam pauo fuisse cupit:  
Haud aliter mea uota his adiungenda putauit,  
Votaque post multos mitto, PATRONE, TIBI.  
Verba peto, uerum unde petam fere nescio, uerba!  
Verba peto; sed cur uerba petenda mihi?  
Sufficiant quatuor, quoniam non plura supersunt:  
Contingat longa prosperitate dies!





78 M 496

ULB Halle 3  
001 618 148



TA-506

KONP


017







125



T VLA TIO  
 DE  
 REVERENDI  
**OSENFELDI**  
 VMB. MERITISS.  
 S ALTERIS  
 CRIPTA  
 AB  
 ORE PERPETVO  
**O. KNPPIO**  
 D. THVRINGO.

TERIS BOSSOEGELII  
 M. MDCCLXII.

125

